Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



iudicia iustitiae tuae. In iustificationes tuas custodiam: no
me deliqs vsq; quaq; In quo corrigit adolescens
ior viam suam; in custodiendo sm tu. In toto corde
meo exquisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In
corde meo abscondi eloquia tua ut non peccem tibi. Benedictus
es dne: doce me iustificationes tuas. In labys meis pnuntiauj
omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum sicut i omnibus
diuitijs. In mandatis tuis exercebor et considerabo
vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor non obliuiscar sermones tuos.
Retribue seruo tuo viuifica me: et custodiam sermones
tuos. Reuela oculos meos et considerabo mirabilia de lege
tua. Incola ego sum in terra non abscondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.
Increpasti superbos maledicti qui declinant a mandatis tuis. Auferas
a me opprobrium et contemptum quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt
principes et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus
tuis. Nam et testimonia tua meditatio mea est: et consilium meum
iustificationes tuae. Adhesit pauimento anima mea viuificabor me secundum
verbum tuum. Vias meas enumeraui et exaudisti me: doce me
iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum instruc me et exercebor in mira-
bilibus tuis. Dormitauit anima mea pre tedio confirma me in
verbis tuis. Viam iniquitatis amoue a me et de lege tua miserere
mei. Viam veritatis elegi iudicia tua non sum oblitus. Adhe-
si testimonijs tuis domine noli me confundere. Viam
mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.
Diuinum multum salutis esse annuntiare opus est ut te
neat catholicam fidem. Quam nisi quisque integram
in uiolatamque seruauerit absque dubio in eternum peribit. Fides autem
catholica hec est: vt vnum deum in trinitate et trinitatem in vnitate
venemur. Neque confundentes personas neque substantiam separan